

Compē-
dium
aliud.

Examē
sive pro-
ba.

Vel demum, si prius cum tertio communem diuidentem admittunt, responde quodientes huiusmodi loco ipsorum, medio non euariato, reliquam deinde prosequens doctrinam Regulæ. Huiusmodi multa collegerit facile, qui in demonstrationibus Geometricis fuerit mediocriter versatus, quæ verò discipulis sat esse putavi, nō piguit adijcere, per quæ & operari, & operationem confectam examinare licet. Si enim per varias huiusmodi dictas vias, ad eundem attigeris scopum, rectè operationem te instituisse audacter credas.

SECUNDA PARS, DE FRACTIONIBUS sive minutijs.

FRACTIONES, minutias aut partes, appellamus numeros integræ rei partes significantes, vt $\frac{1}{2}$ semissem significat, $\frac{1}{4}$ quadrantem sive quartam partem, $\frac{3}{4}$ dodrantem, aut tres quadrantes. Scribuntur duobus numeris, superior

rem